



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Maria Magdalena 22. Iulii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

meravit. Habuit verò ad hæc hortatorem Angelum, qui & testem se rectè factorum & verò apud Superos præconem etiam fore pollicitus est. Interea, qui Divo necem parabat regio saltui præfatus, à malo genio correptus, sospitatem WANDREGISILVM sensit. Annonam egenti monita à cælo Regina Blitildis misit. Æger acie tamen Dæmonum aciem vicit, & de victoriâ gratulantes Cælites audivit. Demum ne de cælo ipso dubitaret, triduo antè hoc visum est morituro patere.  
*Ex Surio.*

*Multi de Deo sperant pecuniam ; multi de Deo sperant caducos honores & perituros , aliud quidlibet à Deo præter ipsum Deum : sed tu ipsum Deum tuum pete. Relinque omnes amores ; pulchrior est ille, qui fecit cælum & terram. S. Aug. in Ps. 39.*

## S. M A R I A M A G D A L E N A.

22. Iulii.

**M**AGDALENA, quæ omnium in spem peccantium animos erigit, utinam etiam in pœnitentiam erigeret. Tantum lacrimarum potuit lavacrum, cum aquas amor oculis deplueret à flammis suis calentes, cum ingeniosus è capillis linteate texeret. Ergo tot dæmonum malorum nuper hospitium, CHRISTI sit hospita, hujus sermonibus frui & amoribus digna est, ab hoc apud Simonem de audaciâ, apud sororem de otio, apud Judam de prodigalitate accusata defendi semper meretur, apud hunc fratri defuncto vitam exorat, hunc nardi odoribus recreat, ministra per Judæam sequitur, & in crucem sequitur; hic pedes lacrimis iterum lotos, iterum oculis siccatos tumulo condit dolore plena, mox redivivos ambit gaudiis ebria,

13. Iulii  
ebria  
Quid  
ctain  
popule  
rum d  
ca sola  
illuc lo  
saxa ed  
SVM in  
Dilect  
lectum  
raperer  
Si na  
bus Ch  
oleum tu  
nam ,  
sed ad f  
serm. 2

V  
I  
c  
Hæc ea  
visa est  
geret ?  
tunc pr  
tem fac  
gligere  
condol  
stes co  
VI. sem  
denti c  
rissimas  
Viro nu

23. Iulii.

VITÆ SANCTORVM.

359

ebria , & lætissimi nuntii ad Apostolos nuntia.  
Quid? quod hunc etiam ipsa Apostoli vices fun-  
cta in ipsas usque Gallias Massiliam portavit , &  
populos nova amoris magistra amare Crucifi-  
xum docuit. Hunc illa inter silvas maximè & lo-  
ca sola venabatur, & in nudo lectulo Crucis, quam  
illuc loci Angeli defixerant, indagabat. Audires jam  
saxa edocta & littora barbara JESVM suspirare, JE-  
SVM ingeminare ; cùm interim sæpiculè hic ad  
Dilectam è cælo inviceret , illa sæpè sæpius ad Di-  
lectum ab Angelis in aëra , tandem in cælos etiam  
raperetur. Ex Evang. & Silv. Prierate.

*Si nos esse peccatores novimus & esse nolumus , pedi-  
bus Christi demus lacrimas , figamus oscula , pietatis  
oleum totâ devotione fundamus. Imitemur Magdale-  
nam , quam conspicimus non solum caruisse peccatis,  
sed ad sanctitatis verticem pervenisse. Petr. Chrysol.  
Serm. 2. de S. Magd.*

S. BRIGITTA VID. 23. Iulii.

**V**ix dum septennis erat BRIGITTA , cùm jam  
coronâ donari meruit à cæli IMPERATRICE.  
Hæc eadem acu pingenti in opere adesse Magistra  
visa est. quidni ab hac Pallade edocta pulchrè pin-  
geret ? Eodem ferè tempore CHRISTVM velut  
tunc primum in crucem suffixum vidit , dictan-  
tem facinus hoc eorum esse , qui suos amores ne-  
gligerent, mundi sectarentur. Inde illa dolenti tam  
condoluit , ut quoties patientis mentio fieret, te-  
stes continuò doloris lacrimas daret , feriâ item  
VI. semper plagas animi nudaret, corpusculum ar-  
denti cerâ perfunderet, herbas ore manderet ama-  
nissimas gustui , sed quas medicus amor condivit.  
Viro nupta vitam egit tam sanctam , ut obstetri-  
can-